



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus eluendi maculam curiosæ speculationis intellectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

luntate posita est: opus itaque est maiorem in schola amoris operam ponere, quam in schola speculationum intellectus.

Modus eluendi maculam curiosa speculationis intellectus.

PRIMVS modus est; Exercitijs orationum & meditationum multo maximam temporis partem impertiri.

SECUNDVS est, Libris pijs spiritualibus & affectum inflamman-
tibus, potius quam speculatiuis & scientiam subministrantibus, legendis operam dare, & quicquid in lectione intellectu apprehenderimus, mox ad affectum reuocare, atque ex ijs pia ad Deum suspiria formare; quemadmodum fecit in omnibus scriptis suis sanctus Bonauentura. Hic scholasticis, speculatiuis, & scientificis Doctoribus (quos speciatim hec macula respicit, atque maximam eis impedimentum, ne in schola diuini amoris proficere possint, obijcit) magno labore & industria opus est. Et sane si verum fateri liceat, homines plerumque simplices & indocti, qui puro
& amo-

Simplices aptiores ad vitam spiritualem quam docti.

III^o SPECVLVM ANIMAE
& amoroso cum affectu ad diu-
num amorem continuò suspirant,
sæpè ad internam vitam accommo-
datiores sunt, quàm viri docti, mag-
na prudentiæ & scientiæ opinione
insignes.

TERTIVS est, Speciales ad De-
um preces pro huius curiosæ specu-
lationis moderatione fundere, ma-
ximè quâdo ad lectionem libri ali-
cuius accedimus, quemadmodum
quendam nostri ordinis virum sancti-
tate clarum fecisse legimus, qui
quoties se ad lectionem aut studia
daturus erat, hanc præmittebat ora-
tionem.

ORATIO
ante lectio-
nem & stu-
dia præmit-
tenda.

Domine vilissimus seruus tuus
omni bono indignus, vult ingredi
ad videndum thesauros tuos ad quos
placeat tibi, vt ipsum, etsi indignis-
simū, introducas, & des ei in verbis
istis tantum te diligere, quantum
cognoscere, quia nolo te cognoscere
nisi vt te diligam.

De cura exteriori,

Macula XV

GA